



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Edmundus Episc. 16. Nov.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

716 VITÆ SANCTORUM. 16.Nov.  
qui scit Christum se habere participum:  
Christus enim in bonis est, in malis nostris  
est conservator. S. Max. in Hom.

S. EDMUNDUS EPISC. 16.Nov.

**A** Nglos Gregorius Angelos dixit.  
Certè EDMUNDUS fuit. Hic nihil  
antiquius habuit, quām eos fugere, qui  
animorum ipsissimi latrones, Pyladen  
tamen mentiuntur. Et fortè prato so-  
lus inambulabat, cūm videt formā sci-  
tissimā pusionem; capit salutem, reddit  
que. Audit eum esse, qui latus suum  
in classe, & ubi ubi es! et assiduus sti-  
paret. Mox exaratum in fronte Iesu  
nomen legit, & hoc tunc iussus est con-  
tra mortem inopinam memoriae sem-  
per infixum ferre. Tam Iesu igitur ami-  
cus ausus est sponsam Mariam ambi-  
re; quod ut amor facilis impetraret,  
annulos sibi geminos fabricavit, è quo-  
rum gemmā gemma altera Maria ab  
Angelo salutata emicabat; horum altero  
*Virginis* digitum, altero suum corona-  
vit. Atque ita quidem ille pulchrè vir-  
ginitatem suam obsignavit. Ceterū  
cūm statas sponsæ suæ, & D. Ioan-  
ni, preces percurrere omisisset literis ab-  
sorptus, ferulam Ioannes in tentavit  
dormienti. Itaque à mediâ semper nocte  
*Auroram* Mariam veneratus, tum de-  
mum sacra volumina ante eburneam il-  
lius

17. NOV. VITÆ SANCTORUM. 717  
lins imaginem lexitavit, non nescius ex  
hujus potissimum uberibus divinæ sa-  
pientiæ rivos scaturire. Archiepisc. Can-  
tuariensis factus affirmavit, malle se in  
ignem, quām in noxam labi. Exul mo-  
riturus. Mi *Jesu*, exclamavit, te testem  
habeo, te preter nihil umquam expetis-  
se. Hujus vulnera tunc milies est exos-  
cullatus, pectus præsertim saucium, in  
quod etiam vitam expiravit, nobilem ad  
invidiam tumulum. *Ex vitâ.*

*Si publica fama te non damnat, pro-  
pria te conscientiæ condemnat; quoniam  
nemo potest seipsum fugere. Vis nunquam  
esse tristis, B I N E V I V E. Bona vita sem-  
per gaudium habet; conscientia reorum sem-  
per in pœnam est.* S. Bern. de Int. dom.

S. GREGORIUS THAUMATURGUS  
EP. 17. NOVEMBRI.

M Iracula, q̄iæ GREGORIUS pa-  
travit, pagellâ hâc circumscribere,  
novum foret in iraculum. Famam castissi-  
mi juvenis traduxerat muliercula; ob-  
sessa tamen à dæmons palinodia in ceci-  
nit, obsidione non nisi à GREGORIO  
liberata. Sub initia Pontificatus magi-  
stram Virginem Matrem, Virginemque  
Ioannem habuit, dignus his discipu-  
lus, utpote & ipse Virgo. Cacodæmoni  
oracula loquenti silentium indixit, &  
fanè proscriptis; post eidem ab exilio  
redeundi